

PANTALEONI CANDIDO Salutem D. Parens.

\*\* Scis infelicem esse *πρόβλεψα*, quā juvenis hoc fere tempore ab imis ad summa magnis saltibus fertur: unde plurimi pro verā solidāq; eruditione vix umbram ejus consequuntur. Et mihi quācum hāc peste scholarum hūc perpetuum est bellum. Metuo invidentem barbariem: Timeo Ecclesia et posteritati, quā vix habitura videtur homines idoneos ad tuendam sanam doctrinam condemaratos Sophistas, qui nunc passim in Ecclesia dominantur. Haec hoc studium omnes debent juvenuti, ut non nisi mediocriter instructam habitibus organicis extra septa pedagogica dimittimus: sed mitte hūc *ἄλλότρια*. Oremus Deum, ut in his Ecclesiarum et scholarum ruinis servet reliquias, defendat pios Principes contra satanae furores et astus, restinguat incendia bellorum, quae propē in conspectu nostro exardescunt. Compescat perditiosos *Συμμάχους* qui per Germaniam classicum contra nos canunt. ne dicant, devoravimus eos. Ille luminum et misericordiae Pater Te, Vir Clarissime, cum familia et Ecclesia divina servet incolumem, et sanctissimis laboribus tuis cūmūlatissimē magis ac magis benedicat. Vale Heidelbergae Nonis Junii Anno 1592.

D. Isaaco Camero Salutem D. Parens.

Credo mihi, mi Isaace, non recordā, vel quod minus juvenis tuas haberem, hactenus me nec tibi nec D. Hexamero respondisse; Scis, quae me quotidie occupationes distineant, et praeter has molestissimas scriptiones mihi incumbant, quae quicquid à scholasticis labore vacuum est temporis, suffocantur. Habitis ergo veniam, quod expectationem vestrae silentio sefellis; Interim, quos mihi commendastis juvenes non admissi solum ad exercitia scholae nostrae, sed et honorari soles ad alacriorem cursum, et certē gratulor vobis, quod tales advocetis, et ad nos potius quasi obsides fidei nostrae et consen-